…m in Romam introduxit an…

135 Johannes igitur eps Narniensis nat. Rom. ex p. Johanne epo. postquam sedit m. 2. et dies 16. comprehensus est a Rofredo comite et Petro praefecto. cum populo Romano. et mandaverunt illum in exilium in Campaniam. et mansit in ipso exilio m. 10. et d. 28. Post mortem vero Rofredi reversus est Romam. et veniens Otto impr Romam. magnam vindictam de populo Romano fecit. et in patibulo suspendit. et in exilium misit. Qui omnes dies vitae suae sedit annos 5 m. 11 d 5.

136 Benedictus V nat. Rom. ex p. Johe sedit m. 2. quo eiecto. ut dictum constat Leo ab impre Ottone restitutus. sedit annis plus minus 2

sic

137 plurima. mala. Johs XIII. n. Rom. ex patre Johe epo prius Narniensis eps a. ferme 7. qui expulsus et iterum restitutus. ut affirmant scripta superiora sedit ad annos D. 972.

138 Benedictus VI n. Rom. ex p. Hildibrando a 1. m. 10. qui a Crescentio relegatus et strangulatus est. eoq vivente Bonifacius ordinatus. statimq pulsus est. a. D. 974.

139. Bened. VII. n. Rom. ex p. David. Sutrie etiam eps a. 9 usq ad a. D. 983.

140 Johs XIV qui et Petrus natus Papie sedit m 8 quem superior Bonifacius reversus a Constantinopoli ubi fugerat comprehensum et in castello S. Angeli in custodiam per 4 m. inedia attritum iussit occidi. Cuius sede postea per m. 11. invasa. subitanea morte praeventus odio suorum cesus et ~~laceratus~~ lanceatus. nudatoq corpore ante Constantini caballum in campo proiectus. mane a supervenientibus clericis est sepultus. Qui Bonifacius prius male ordinatus expulsus fuerat et iterum male reversus. pessimo postremo defunctus sedit a. fere 10.

141 Johs XV nat. Rom. ex p. Leone pbro. a. 10. m 7. qui et oratorium S. Marie in gradibus pictura decoravit. qui ob. a. D 996.